Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31290
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Incipit prologus devotus nicholomung in librum devotum
et valde perutilem contra vicium proprietatis quem placuit
intytulari pauper monachus Capitulum primum

Si vis perfectus esse vade et vende omnia que
habes et da pauperibus et veni et sequere me
et possidebis thesaurum in celo
Sed ille cum hec dicta fuerit audito huiusmodi
sermone abyt tristis quia dives erat valde multas
habens divicias et possessiones Ideo non potuit xpm
sequi sic gravatus sarcina diviciarum que non sine-
bat ipsum intrare angustam regni dei portam de
quo ipse dixit dominus alibi dicit Amen dico vobis
possibilius est camelum intrare per foramen acus Capitulum 2m

Sic vnusquisque nostrum debet esse similis huic bono
negociatori de quo in ewangelio legitur invenienti
bonas margaritas qui pro consequendam vnicam comparavit
dans pro illa omnia sua ut illam possideret Quid
est hec margarita nisi vita eterna vel xpus dominus
amator et salvator hominum qui dicit et est vera
vita eterna Quem cum nos cognoscimus et diligimus omnia
bona nostra libenter pro ipso damus et relinquimus
ut ipsum tam preciosum et incomparabilem thesaurum
et nobilem margaritam possideamus / Capitulum 3m

Sed xpus rex celestis cum sciret quia omnia
novit antequam fiant quod divites difficulter
aut nullatenus ut dictum est ad celestia regna